

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Anti-Papismus, constans XXIV. disputationibus : ex quibus omnes & singulae
controversiae potiores, quae nobis cum pontificiis juxta concilium Tridentinum,
& praecipuos Romanae Ecclesiae doctores intercedunt, cognosci possunt
consentiente rev. facult. theol. in alma Rostochiensi Anno 1707**

Rostochii: Typis Nicolai Schwigerovii, [1707]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003423663>

Druck Freier  Zugang



RU theol. Febr.-April.
1707

de Krakevitz, Alb. Joach.



| XXXV |

ALBERT. JOACH. KRAKEVITZ
S, Th, D. Catech. Christ, & Hebr. L. P. D. P. O.

67

ANTI-PA-
PISMUS,

Constans



XXIV. DISPUTATIONIBUS,

Ex quibus omnes & singulæ
Controversiæ potiores, que nobis

Cum Pontificiis juxta Concilium Tridentinum,

& præcipuos Romanæ Ecclesiæ Doctores
intercedunt, cognosci possunt,

CONSENTIENTE REV. FACULT. THEOL.

in Alma Rostochiensi

Anno 1707. per Menses Febr. Martium & Aprilem
Destinatus privatissimis Colloquiis

Clarissimorum qvorundam Theologiæ Stu-
diorum, qvorum Nomina

Omni Commendatione dignissima
Ex apposito Classem Schemate

Juxta Dignitatem & Ætatem Academicam

Ordinato
Cognoscere licet.

fest. : / .

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI SCHWIGEROVII, Ampliss. Senat. Typogr.

| XXXV |

Nr. 14.

Classis I.

- Dn. M. ELAUS STEUCHIUS, Svecus.
Dn. M. MARTINUS HEGARDT, Svecus,
Dn. NICOLAUS JACOBUS Merdf/ Buzov, Meckl.
Dn. JOHANNES GUILIELMUS WEINMANN, Curon.

Classis II.

- Dn. SAMUEL GRUTZMACHER, Sverin, Polon.
Dn. JOHANNES VERMEHREN, Lubecent.
Dn. GEORG CARL WOLF, Güstr. Meckl.
Dn. JOHANN. GEORG. CAPOBUS, Blanckenh.
Mecklenb.

Classis III.

- Dn. ELIAS JACOBI, Crempa-Holsatus.
Dn. CHRISTOPH. WILHELM STOLTE, Rostoch.
Dn. CHRISTOPHORUS PETERS, Wilmariensis.
Dn. ALEXANDER THOMSEN, Sonderb, Hollat,

COLLEGIUM DISPUTATORIUM ANTI-PONTIFICIUM

DE PAPISMO IN GENERE.

Disp. I.

Thes. I.



Uatenus Episcopus Romanus nomen *Papa*, omnibus qvondam Episcopis commune, sibi soli arrogavit, eatenus à *Papa* ipse *Papismus* nomen habet.

Tb. II. Sparsa sunt *Papismi* semina jam tempore Apostolorum 2. Thess. II, 7, progerminavit autem tempore *Victoris* I. & robur suum accepit tempore *Phoca*.

Tb. III. Neque *Aulicus*, neque *Ecclesiasticus* *Papismus* Scripturæ S. conformis est.

Tb. IV. Hodierni Papatus propugnatores, *Jesuitarum* non men non sine injuria sibi attribuunt.

Tb. V. Doctrina Papistica primario ex *Concilio Tridentino*, deinceps v. ex Propugnatoribus suis *andradio*, *Bellarmino*, *Becano*, aliisqve addisci potest.

Th. VI. Qvia Papismus ipsum fidei fundamentum labefactat, hinc nulla cum eodem spiritualis coli potest communio.

Th. VII. Cum Papistis disputaturi, neqve *Veronianam*, neqve *Walenburchianam*, neqve *Keddianam* admittere possumus methodum.

Th. IX. In Papismo nemo salvari potest.

DE

PRINCIPIO FIDEI.

Disp. II.

Thes. I.

P rincipium veritatum Theologicarum proprium unicum & infallibile est verbum DEi scriptum.

Th. II. Nihil itaqve est, qvod pari pietatis & reue-

A ren-

rentia affectu recipere possimus : neqve traditiones , cum
falsum sit, eas oretenus à Christo l. Spiritu S. dictatas.

Th. III. Ex numero Librorum Canonicorum (qvem in-
tegrum adhuc esse ob certitudinem providentia divinæ certe
ac piè credimus) meritò rejicimus Librum Tobiæ , Judith , Sa-
pientiæ , Ecclesiasticum , Baruchum , duos Macchabæorum , Ap-
pendicem Estheris & Danielis .

Th. IV. Absit , ut antiquam veterem & vulgatam editio-
nem pro authentica habeamus .

Th. V. Absit , ut dicamus , Textum Hebræum aut Græcum
ita corruptum , ut amplius pro avthentico haberi nequeat .

Th. VI. Sensus S. Literarum non dependet ab interpreta-
tione Ecclesiæ , sed ex ipsa Scriptura S. hauriri debet .

Th. VII. Non datnr unanimis Patrum consensus , multò
minus ille pro fundamento haberidebet , juxta qvod Scriptu-
ra S. explicanda .

Th. VIII. Tanta gaudet Scriptura S. claritate in rebus fidei
ac morum , ut unusquisque inde fidem concipere , & qvomo-
do sancte vivere debeat , discere possit .

Disput. III.

Th. IX. Ideo DEus verbum suum nb. scripto communi-
cavit , ut omnes homines illud tegerent , & ex eodem salutis æter-
ni cognitionem perdiscerent .

Th. X. Idem verbum scriptum perfectè continet omnia ea ,
quæcunque ad credendum & agendum scitu sunt necessaria .

Th. XI. Hinc neque Pontifex Romanus , nec Concilia , sed
sola Scriptura S. est infallibilis controversiarum fidei judex .

Th. XII. Saluti Ecclesiæ valde necessarium fuit , ut Verbum
DEI scriptum inter homines extaret .

Th. XIII. Evangelistæ & Apostoli non absque divino
scripsérunt mandato .

Th. XIV. Omnia , quæ in Scriptura continentur , ex divi-
na inspiratione scripta sunt ; qvod assertum non solum de ipsis
rebus , sed de verbi qvoqve valet , qvibus res propositæ .

Th. XV. Ex illo modò dicto principio Scriptura S. infal-
libili gaudet veritate , & omnis erroris expers est .

Th. XVI. Auctoritas Scripturæ S. neqvaquam à testimo-
nio Ecclesiæ dependet .

Th.

Th. XVII. Unius dicti Biblici unicus tantum est sensus *Disp. IV.*
literalis.

DE
RELIGIONE.

Thef. I.

R Eligio qvoad substantiam in V. & N. Testamento non
differt.

Th. II. Ad fidem & religionem homines cogendi
non sunt.

Th. III. Symbolum Apostolicum neque pro adæqvata
norma dogmatum ad salutem creditu necessariorum, neque
pro tessera communionis internæ spiritualis haberi potest.

DE
ANGELIS.

Thef. I.

OMnes Angeli initio æ qualiter justi, boni & sancti à DEO
conditi sunt.

Th. II. Boni Angeli ex mera divina gratia in Bo-
no confirmati sunt.

Th. III. Qvamvis haud inficiemur, esse aliquem inter An-
gelos ordinem, minimè tamen determinare audemus, qvi-
nam ille sit.

Th. IV. Qvæ Pontificii de Angelis tutelaribus tradunt,
partim sunt incerta, partim falsa.

Th. V. Religiosus cultus Angelis neqvaquam deferendus.

Th. VI. Ipse DEI Filius in V. T. multoties eo modo appa-
ruit, qvo apparuerunt Angeli.

Disp. V.

DE
STATU INTEGRITATIS.

Thef. I.

Justitia Originalis in primis nostris Parentibus fuit natura-
lis interna & concreata perfectio, adeoqve non fuit do-
num aliquod accessorium aut supernaturale.

A 2

Th.

Th. II. Nulla fuit in hominē ante lapsū concupiscentia prava.

Th. III. Primus Homo nequaquam conditus est in puris naturalibus, aut in quādam infantili ignorantia.

Th. IV. Distinctio Pontificiorum inter similitudinem & imaginem DEI Scripturæ S. est ignota,

DE

HOMINE.

Thes.

A Nimæ humanæ non immediate creantur, sed vi bēnedictionis divinæ per ipsos Parentes propagantur.

DE

PECCATO.

Thes. I.

Disp. VI.

D Eus nullo modo est causa peccati.

Th. II. P. O. non solum consistit in carentia justitiae Originalis, sed etiam in positione pravæ concupiscentiæ.

Th. III. Nullus unquam homo, præter unicum Mariæ Filium, absqve peccato Originali natus est.

Th. IV. Etiam parvuli in semetipsis committunt peccata actualia.

Th. V. In Baptismo non tollitur totum id, qvod veram & propriam rationem peccati habet.

Th. VI. Non sufficit confiteri, in baptizatis concupiscentiam l. fomitem manere, sed necessum est, præeunte Scriptura S. dicere: qvod illa Concupiscentia etiam in renatis verè proprie peccatum sit.

Th. VII. Omnis *avopia* est peccatum, sive fiat homine l. volente l. nolente.

Th. VIII. Nullum datur peccatum ex se & natura sua veniale.

DE

DE LIBERO ARBITRIO.

Thef. I.

Non sufficit profiteri, qvod homo post lapsum habeat liberum arbitrium viribus attenuatum & inclinatum, cum qvoad spiritualia illud plane sit extinctum.

Th. II. Omnia opera hominum, qvæ ante justificationem fiunt, qvacunq; veratione facta sunt, ratione finis & ratione causæ efficientis & formalis sunt peccata.

Disput. VII.

Th. III. Si qvis nitatur se *disponere* ad gratiam promerendam, eo ipso gravissimè peccat, idq; agere intendit, qvod impossibile.

Th. IV. Liberum Arbitrium nihil cooperatur ad obtainendum justificationem, neq; se ad eandem disponere aut praeparare potest, sed homo mērē passivè se habet.

DE PRÆDESTINATIONE & RE- PROBATIONE.

Thef. I.

Potest utiq; homo etiam in hac vita certo statuere, se esse in numero prædestinorum.

Th. II. Electio ad salutem neq; vaqvam facta est juxta prævisa hominum merita.

Th. III. Neq; electio est absoluta, sed in Redemptoris merito fundata.

Th. IV. Fides finalis præcognita circulum electionis æternæ omnino ingreditur.

Th. V. Incredulitas est causa reprobationis.

DE CHRISTO REDEMTORE.

Thef. I.

Divina Idiomata carni Christi realiter communicata sunt.

Th. II. In specie illud fortiter afferere audemus de potentia divina.

A. 3.

Disput. IX.

Th.

Th. III. Nec non de omnisapientia & omniscientia.

Th. IV. Humana Christi natura propter Unionem personalem una eademque ratione cum divina Natura $\tau\tau \lambda\gamma\mu$ s collenda & adoranda.

Th. V. Christus secundum utramque naturam noster mediator.

Th. VI. Christus unicè nos adeò perfectè redemit, ut nulla ratione à nobis l. pro aliqua pena l. pro aliqua culpa amplius satisficiendum sit.

Th. VII. Christus obedientia & passione sua sibi ipsi nihil promeruit, nobis a. omnia.

Th. VIII. Christus tempore passionis suæ verè sensit dolores infernales in sanctissima anima sua.

Th. IX. Christus jam resuscitatus ex mortuis non solum quoad animam, sed etiam quoad corpus ad inferos descendit.

Th. X. Sessione Christi ad dextram Patris juxta phrasim Scripturæ S. importat plenarium divinum dominium in omnes Creaturas, quod præsentissime & plenissimè exercetur.

Disput. IX.

DE
VOCATIONE,

Thef.

Vocatio divina maximè est Universalis.

DE
POENITENTIA.

Thef. I.

Poenitentia non est verè & propriè dictum Sacramentum.

Th. II. Non convenit cum Scriptura S. poenitentiam secundam post naufragium tabulam dicere.

Th. III. Poenitentia forma haud posita est in illis Ministri verbis: *Ego te absolvō.*

Th. IV. Nulla scriptura dicit, quod materia poenitentiae una cum *contritione* sint *confessio* & *satisfactio*, adeoque hæc ejus partes dici nequeunt.

Th. V.

Th. V. Manemus itaque in illa sententia, quod duæ tan-
tum sint verae poenitentiæ partes: *Contrito & Fides.*

Th. VI. Distinctio inter attritionem & contritionem, prout
ti in Scholis Pontificiorum proponitur, Scripturæ ignota
est.

Disput. X.

Th. VII. Qvamvis necessaria sit contritio, minimè ta-
men illa meritum est, impetrans remissionem peccato-
rum.

Th. lIX. Integra peccatorum Confessio, prouti à Ponti-
ficiis reqvitur, jure divino non est necessaria;

Th. IX. Non præcepit Christus sacerdotibus, ut poeni-
tentibus juxta peccata confessâ pœnas injungant, sed ut pec-
cata remittant.

Th. X. Non obligati sunt Christiani, ut peccata sua oc-
cultissima, multo minus ut circumstantias, citra specialem
conscientiæ angorem, sacerdotibus revelent.

Th. XI. Talis enim Confessio est impossibilis, & carnifi-
cina conscientiæ.

Th. XIII. Confessio, qvæ in antiqua Ecclesia fuit obser-
vata, introducta tantum fuit ad erudiendum & consolandum
poenitentem, & ad imponendam satisfactionem canoniam,
minimè vero, ut juxta eam imponerentur satisfactiones
pro peccatis.

Th. XLI. Licitum est, non solum quibusvis Ecclesiæ
Ministris sua confiteri peccata, & absolutionem ab iisdem
petere, verum & in casu necessitatis Laicis absolvere
licet.

Th. XIV. Absolutio Ministri Ecclesiastici non est actus
judicialis, sed merè evangelicus.

Disput. XI.

Th. XV. Quod Rom. Ecclesia docet, nullius momenti ab-
solutionem eam esse, qvam sacerdos in eum profert, in
qvem ordinariam aut subdelegatam non habet jurisdictionem,
illud absqve Scripturæ fundamento asseritur.

Th. XVI. Ministri Ecclesiæ promiscue habent potestatem
remittendi peccata, non solum leviora, sed & atrociora &
graviora.

Th.

Th. XVII. Nullum itaqvē Episcopi habent jus, reservandi sibi nonnullos casus.

Th. XIX. Non solum decet divinam elementiam, nobis absqve ulla satisfactione peccata remittere, sed & injurium eidem est, præsupposito merito Salvatoris nostri, contrarium velle statuere.

Th. XIX. In absolutione DEus simul totam pœnam una cum culpa remittit.

Th. XX. Absit, ut dicamus, pro peccatis qvoad pœnam temporalem satisfieri pœnis à DEo inflictis, l. à sacerdote iunctis, l. sponte suscep̄tis.

DE

JUSTIFICATIONE.

Thes. I.

Dispar. XII. **J**ustificatio perficitur sola peccatorum remissione & justitiæ redemptoris imputatione, minimè autem ad eandem pertinet sanctificatio & renovatio interioris hominis.

Th. II. Homo etiam per fidem inseritur Domino suo IESU Christo.

Th. III. Non in ipsa justificatione, sed demum post eandem diffunditur in cordibus justificatorum per Spiritum Sanct. Charitas DEI.

Th. IV. Non habet justificatio incrementa, sed in primo suo momento jam est perfecta.

Th. V. Sola fide impius justificatur, ita ut nihil aliud reqviratur, qvod ad justificationis gratiam conseqvendam cooperetur.

Th. VI. Fides justificans nihil aliud est, qvam fiducia diuinæ misericordiæ, peccata remittentis propter Christum.

Th. VII. Justitia accepta neq; conservatur neqve augetur per bona opera, sed fructus solummodo et signa sunt justificationis adeptæ.

Th. IX. Potest utiqvē homo justificatus vera cordis fiducia & immota certitudine de remissione peccatorum suorum persuasus esse.

Th. XI.

Th. IX. Gratia, qva justificamur, est tantum favor DEI,
non a. qualitas & donum in nobis inhærens.

Th. X. Ad fidem justificantem non tantum reqviritur *Disput. XIII*
assensus, sed etiam notitia explicita.

Th. XI. Fidei justificantis objectum, est specialis DEI
misericordia in verbo Evangelii oblata.

Th. XII. Fides non justificat per modum habitus, sed
organicè.

Th. XIII. Scripturæ maximè contrariatur, qvod fides à
charitate formetur.

DE
BONIS OPERIBUS.

Thef. I.

Possimus utiqve juxta tenorem S. Literarum dicere,
qvod præcepta DEI etiam homini justificato ad servan-
dum sint impossibilia.

Th. II. Non adversatur orthodoxæ Religionis doctrinæ,
justum etiam in bono opere peccare.

Th. III. Non potest probari, qvod vitam æternam ope-
ribus nostris verè promereamur.

Th. IV. Absit, ut faciamus promissiones Evangelii
conditionatas, respicientes observationem mandatorum
divinorum.

Th. V. Quamvis Dominus noster Jesus Christus quo- *Disput. XIV.*
ad divinam naturam utiqve in monte Sinai legem dede-
rit; minimè tamen dici poterit, eundem ideo in mun-
dum venisse, ut Legislatorem ageret, cui obediendum
sit.

Th. VI. Consilia evangelica, per quæ major obtine-
tur perfectio, aut opera supererogationis efficiuntur, ne-
que à Christo, neque ab Apostolis commendata sunt.

Th. VII. Non a B. Operum est verbum legis divinæ.

Th. IIIX. Sunt qvidem B. O. necessaria, sed non ad acqui-
rendam, promerendam & conservandam salutem.

B

DE

DE SACRAMENTIS.

Thef. I.

SAcramenta N. T. propriissimè sic dicta duo tantum sunt; Baptismus & Coena Domini.

Th. II. Sacra menta non conferunt gratiam ex opere operato, sed fidem reqvirunt ad gratiam consequendam.

Th. III. Quæ de impressione characteris indelebilis per Baptismum, Confirmationem & Ordinem à Pontificiis disputantur, Scripturæ fundamento destituuntur.

Th. IV. Ad efficaciam Sacra mentorum non reqviritur talis Ministrorum intentio, qvæ velit illud fieri, propter qvod Sacramentum institutum est.

Th. V. Si qvos habet Ecclesia Rom. ritus in administratione Sacra mentorum, qui neqve cum verbo divino, neqve cum decoro pugnant, illos minimè improbamus: an a. omnes hoc titulo insigniri possint? est qvod negamus.

Th. VI. Etiam Sacra menta V. T. fuerunt efficacia media gratiæ divinæ offerendæ & obsignandæ.

Disput. XV.

DE BAPTISMO.

Th. I.

Baptismus Johannis eandem habuit vim, qvam Baptismus Christi.

Th. II. Qvamvis Pontificii verum habeant Baptismum, minimè tamen gloriari possunt, qvod habeant veram de Baptismi Sacramento doctrinam.

Th. III. Rectè omnino docuit Lutherus: Gratia & fatus Baptismi per peccata seqventia non ita amittuntur, ut in vera pœnitentia per fidem nullus ad eam pateat redditus.

Th. IV. Peccata, qvæ post Baptismum fiunt, recordatione & fide suscepti Baptismi omnino dimittuntur.

Th. V.

Th. V. Baptismus qvidem est summè , sed non absolute
necessarius.

Th. VI. Infantes baptizati habent fidem propriam &
actualem.

Th. VII. Firmiter speramus , DEum extraordinaria gratiâ *Disput.XVII.*
concurrere Infantibus Christianorum parentum , quæ abs-
que Baptismo ex hac vita discedunt.

DE
CONFIRMATIONE.

Thef. I.

Confirmatio olim nihil aliud fuit , qvam Catechesis
quædam , qua adolescentiæ proximi Fidei suæ ratio-
nem coram Ecclesia exponebant.

Th. II. Injurii sunt in Spiritum S. qui Pontificiorum sic
dicto sacro Confirmationis Chrismati virtutem aliquam
spiritualem tribuunt.

Th. III. Confirmationis Minister non solum Episcopus
sed etiam quilibet simplex sacerdos esse potest.

DE
COENA DOMINIKA.

Thef. I.

Doctrina , qvam Pontifícia Ecclesia de S. Eucharistiæ
Sacramento tradit , neque Dominum nostrum JE-
sus Christum , neqve Apostolos agnoscit autores.

Th. II. In Eucharistia sub specie rerum sensibilium non
est totus Dominus Jesus Christus præsens , sed sub pane no-
bis tantum exhibetur corpus , & sub vino tantum nobis exhibe-
tur sanguis.

Th. III. Præsentiam corporis & sanguinis Dominici ne-
que ante , neque post , sed in ipso tantum credimus usū , respe-
ctu specierum sensibilium .

Th. IV. Nulla Scriptura dicit , in sanctissimo Euhcari-

B 2

stia

stia Sacramento contineri una cum corpore & sanguine animam & divinitatem Domini nostri Iesu Christi.

Disput. XVII.

Th. V. Multò minus probari potest, qvod sub singulis cujusque speciei partibus, & sub unaqvaqve specie separatim sumpta totus Christus contineatur.

Th. VI. Nulla sit per consecrationem panis & vini ele-
mentorū modo dictorum conversio in substantiam corporis
& sanguinis Christi ; qvare & nomen & dogma Transsub-
stantiationis repudiamus.

Th. VII. Nulli dubitamus, adorare in ipso usū Coenæ
Dominicæ Corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi ; ast extra usum in pane & vino Dominum adorare velle,
fictitiæ Religionis argumentum est.

Th. VIII. Festum, qvod singulis annis peculiari solennitate in honorem Corporis Christi celebrat Ecclesia Roma-
na, non Religionem, sed idolatriam sapit.

Th. IX. Asservatio Sacramenti Eucharistiae institutio-
ni Christi & praxi Apostolorum contrariatur.

Th. X. Sola Fides est sufficiens & salutaris ad S. Eucharistiam præparatio.

Th. XI. Confessio ante usum S. Cœnæ coram Ministro
Ecclesiæ libere & utiliter retinetur, non a. ex necessitate ad-
hibetur.

Th. XII. Moi celebrandi Eucharistiam solitariè, sibi qve
ipsi extra necessitatem communicandi, praxi Apostolicæ & in-
tentioni instituentis contrariatur.

Disput. XXIX.

Th. XIII. Tempus communicandi nemini est præcise
præscribendum, sed cujusvis libertati & conscientiæ relin-
qvendum.

Th. XIV. Qvotqvt ad S. Cœnam accedunt, illis sub u-
traqve communicandum.

Th. XV. Non habet Ecclesia potestatem dispensandi
circa Eucharistiam contra institutionem Christi.

Th. XVI. Haud probari potest, qvod Vinum Eucharisti-
cum necessario Aqvā miscendum sit.

Th. XVII. Præcipius effectus Eucharistiae est remissio
peccatorum.

DE

DE
MISSA.

Thes. I.

Voluit quidem Dominus noster JESUS Christus, ut mediante S. Cœnâ perpetuum ipsius mortis extaret memoriale; verum qvod Sacrificium esse deberet visibile, qvo cruentum illud semel in cruce peractum repræsentare. frustra asseritur.

Th. II. In Verbis: Hoc facite in mei commemorationem, nullum est præceptum de offerendo Corpore Domini.

Th. III. Multò minus probari potest, qvod Oblatio Pontificiorum sit Sacrificium verè propitiatorium.

Th. IV. Impiè dicitur, qvod juxta Apostolorum traditionem oblatio Missatica fiat, non solum pro fidelium vivorum peccatis, pœnis, Satisfactionibus & aliis necessitatibus, sed & pro defunctis in Christo, nondum ad plenum purgatis.

Th. V. Missæ, qvæ fiunt in honorem Sanctorum, & in qvibus eorum patrocinia implorantur, ut pro hominibus intercedere dignentur in cœlis, injuriæ sunt in Dominum nostrum JESUM Christum.

Th. VI. Canon Missæ Pontificia omniō scatet erroribus.

Th. VII. Ceremoniæ & externa signa Missarum *ex parte* magis sunt irritabula impietatis, qvam officia pietatis.

Th. VIII. Missæ, in qvibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, illicitæ sunt, adeoque abrogandæ.

Th. IX. Improbari qvoqve meretur, qvod cultum Missaticum Pontificii aliâ, qvam vulgari Lingvâ instituant.

Disput. XIX.

DE
MILITIA CHRISTIANA.

Thes. I.

Jndulgentiarum usum Christiano populo maximè salutarem & in Ecclesia retinendum esse, absqve fundamento asseritur.

B 3

Thes.

Th. II. Tantum abest, ut mortificationem carnis suo ciborum delectu suisque promoteant jejuniis Pontificii, ut potius eandem impedian.

Th. III. Non potest negari, quod in festivitates Pontificiorum variæ irreplerint superstitiones.

Disputat. XX. Th. IV. Vota sic dicta Monastica, quæ in Papatu observantur, sunt illicita.

DE

ECCLÉSIA.

Thef. I.

Errant Pontificii, quando nullam aliam, quam visibilem externam Ecclesiam admittere volunt.

Th. II. Vera Jesu Christi Ecclesia unicum Dominum Iesum Christum, minimè autem Pontificem R pro capite agnoscit.

Th. III. Non sunt alia principales & essentiales Ecclesiæ Notæ, quam pura Verbi divini prædicatio, & Sacramentorum legitima administratio.

Th. IV. Quamvis Ecclesia Universalis nunquam pereat, particulares tamen, quæ Romana est, errare & deficerre possunt.

Th. V. Convocare Concilia non est Pontificis Rom., sed Magistratus politici.

Th. VI. Similiter competit Magistrati Politico, præsidere in Conciliis, non v. Pontif. Romano.

DE

MAGISTRATU POLITICO.

Thef. I.

Apotestate Magistratus Politici Clerici nequaquam exenti sunt.

Th. II. Etiam Magistrati competit cura Religionis

onis ; quæ tamen suis limitibus juxta Verbum divinum includenda.

Th. III. Non est Magistratus Officium , qvoscunqve in *Disput. XXI.* fide errantes capitali afficere suppicio , nisi blasphematores fuerint incorrigibiles , aut publicæ Tranqvilitatis turbatores.

DE

MINISTERIO ECCLESIA-STICO.

Thef. I.

INN. T. non est novum, visibile & externum Sacerdotium ; in qvod vetus translatum.

Th. II. Ministerium Ecclesiasticum N.T. consistit in prædicatione Evangelii & administratione Sacramentorum , non autem in oblatione Corporis & Sangvinis Dominici.

Th. III. In ordinibus Pontificiis merito reprehenditur , qvod titulos sine re , & beneficia titulorum sine officiis retinent & usurpent.

Th. IV. Rom. Ecclesia verum & legitimum ministerium Verbi & Sacramentorum rejicit , & titulis ex antiqua Ecclesia retentis adulterina supposuerunt officia.

Th. V. Ordo s. Sacra Ordinatio non est verè & propriè Sacramentum à Christo Domino institutum.

Th. VI. Scriptura S. nihil novit de impressione characteris indelebilis per sacram ordinationem.

Th. VII. Qvamvis Apostolus de Episcopis dicat : qvod positi sint à Spiritu S. ad regendam Ecclesiam , mininè tamen probari potest , qvod in prima Ecclesia superiores fuerint presbyteris.

Th. IX. Petrus non fuit caput & Monarcha Ecclesiæ , sed in Officio & potestate cœteris Apostolis æqvalis.

Th. IX. Falsum est , qvod Papa R. sit peculiaris Petri successor. *Disput. XXII.*

Th. X.

Th. X. Papa R. non est caput & Monarcha Ecclesiæ, adeo que quoad officium & potestatem reliqui Episcopi ipsi sunt æquales.

Th. XI. Nulla ex jure divino competit Pontifici R. Politica & temporalis potestas.

Th. XII. Potestas eligendi & vocandi Verbi Ministros est penes totam Ecclesiam, non autem apud solos Episcopos.

Th. XIII. In Ecclesiis Lutheranorum est verus ordo Ecclesiasticus.

DE

MATRIMONIO.

Thef. I.

Matrimonium in lege Evangelica, quomodo Veteribus Connubiis per Christum gratiam præstet, à Synodo Trident, absque sufficienti probatione assentitur.

Th. II. Matrimonium non est *verè & proprio Legis Evangelicae Sacramentum.*

Th. III. In gradibus ab ipso DEO prohibitis Ecclesia nequam dispensare potest.

Th. IV. Matrimonia sine Parentum consensu contracta ipso jure nulla sunt.

Disput. XXIII. Th. V. Etiam clerci possunt matrimonium contraherere, & contracta sunt omnino valida.

Th. VI. Castitatis donum sibi promittere nequit ille, qui præter necessitatem extra Conjugium vivit.

Th. VII. Status conjugalis ordinariè anteponendus est statui Virginitatis & cælibatus.

DE

ANTI-CHRISTO.

Thef.

Absque crimine læsa Majestatis Imperioriae dici potest, quod Pontifex Rom. sit Anti-Christus.

DE

**DE
EXTREMA UNCTIONE.**

Thef. I.

Unctio infirmorum minimè est Sacramentum N. T. ve-
rè proprièque sic dictum.

Th. II. Extrema unctio neqve peccata adhuc ex-
pianda, neqve peccati reliquias abstergit.

Th. III. Extrema Unctio , prout in Ecclesia R. ob-
servatur , est figmentum humanum , & Ritus à Patribus ac-
ceptus.

**DE
MORTE.**

Thef. I.

Falso est , qvod Tridentina jactat Synodus , se ex
S. Literis edoctam esse , qvod sit purgatorium.

Th. II. Frustranea sunt sacrificia , orationes ;
eleemosynæ, aliaque pietatis opera , qvæ à fidelibus pro
defunctis sunt.

Th. III. Quemadmodum sancti defuncti nostras non *Disput. XXIV.*
intelligunt necessitates , ita inutile , suppliciter eos in-
vocare.

Th. IV. Veneratio , qvæ Sanctorum Martyrum, ali-
orumque cum DEo viventium corporibus in Ecclesia Pont.
exhibetur , in ipsum DEum injuria est.

Th. V. Falso est , qvod per demortua Sancto-
rum corpora multa à DEo beneficia hominibus præsten-
tur.

Th. VI. Sanctorum memoriae eorum opis impetranti-
dæ causa frustra frequentantur.

Th. VII. Quomodocunqve imaginum cultum pingat
Ecclesia Pontificia , nos tamen nequaquam illum proba-
re possumus.

Th. IX. Duo tantum sunt ordinaria post mortem
rece-

receptacula pro animabus à corporibus suis separatis , ni-
mirum cœlum pro electis , infernum pro damnatis.

DE
EXTREMO JUDICIO.

Thef. I.

QVAMVIS universalis Iudæorum conversio animitus
optanda ; firmam tamen de illis spem quomodo
concipere possimus , non video.

Th. II. Christus etiam secundum humanam naturam
mundum judicaturus est ,

DE
**CONSUMMATIONE
SECULI.**

Thef.

TO TUM hoc universum aliquando in fine dierum quo-
ad ipsam substantiam ineribil.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003423663/phys_0028](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003423663/phys_0028)



DE EXTREMA UNCTIONE.

Theſ. I.

Unctio infirmorum minimè est Sacramentum, rē proprieque sic dictum.

Th. II. Extrema unctio neque peccata a pianda, neque peccati reliquias abstergit.

Th. III. Extrema Unctio, prout in Ecclesiis servatur, est ſigmentum humanum, & Ritus à Pceptus.

DE MORTE.

Theſ. I.

Falso sum est, qvod Tridentina jactat Synodus S. Literis edoctam esse, qvod sit purgatorium eleemosynæ, aliaque pietatis opera, qvæ à fidibus defunctis fiunt.

Th. III. Qvemadmodum Sancti defuncti nō intelligunt necessitates, ita inutile, suppliciter vocare.

Th. IV. Veneratio, qvæ Sanctorum Martorumqve cum DEo viventium corporibus in Ecclesia exhibetur, in ipsum DEum injuria est.

Th. V. Falso sum est, qvod per demortuum corpora multa à DEo beneficia hominibus tur.

Th. VI. Sanctorum memoriae eorum opis dæ causa fruſtra frequentantur.

Th. VII. Qyomodocunque imaginum cultæ Ecclesia Pontificia, nos tamen nequaquam illuc possumus.

Th. IX. Duo tantum ſunt ordinaria po-

